Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



c xl

Alla, Cui cauit celu terramq maria
vocauit ad celestia kathrina cu gla

uoluisti gloriosis meritis et exemplis De virgi
Loquebar de testimonijs tuis / nibus introitus
in conspectu regum et non confundebar in manda
tis tuis que dilexi nimis ps Beati immaculati in
uia qui ambulant in lege dni De vna virgine et martire
Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi Oratio
eligis et fortia queque confundas concede propitius ut qui
beate N virginis ac martiris tue sollempnia colimus
eius apud te patrocinia sentiamus Alias collectas
plures inuenies Re c xviij Eplam Confitebor tibi
dne rex Re cc lxxv Gratiarum Diffusa est gratia in labijs
tuis propterea benedixit te deus in eternum v propter ve
ritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet
te mirabiliter dextera tua Alla v Egregia sponsa
xpi N implora pro nobis dnm ihm xpm Tractus
Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concu
piuit rex spem tuam v Vultum tuum deprecabuntur omnes
diuites plebis filie regum in honore tuo v Adducentur
regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi
v Adducentur in leticia et exultacione adducentur in templum
regis Sequentia Exultent filie syon lix Re ibidem
Euangelia Simile est regnum celorum thauro vel aliud
Simile est reg ce x Re cc lxxv Offm Offerentur
regi virgines post eam proxime eius offerentur Secre
Hostias dne quas tibi offerimus propitius suscipe et
intercedente beata N matre tua vincula peccatorum nostrorum
absolue per Com Quinque prudentes virgines acceperunt
oleum in uasis suis cum lampadibus media autem nocte
clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiam xpo
dno Copl Refecti cibo potuque celesti deus noster te sup
plices exoramus ut in cuius hec commemoracione per
cepimus eius muniamur et precibus per dnm nrm

146